sia eſt prima ac principalis dignitas, cujus & illi forsan annexorum fructus, redditus & proventus, XXIV Ducator. auri de Camera, secundum communem æſtimationem valorem annuum, ut asseris, non excedunt; cum annexis hujusmodi, & omnibus juribus ac pertinentiis suis tibi conferimus, & de illo etiam providemus: ac te sic electum & provisum, tamquam verum & legitimum ipsius plebanum Rectorem ab omnibus haberi, teneri & censeri volumus ac mandamus. Quocirca discretis viris Parochialium & Collegiatarum Eccl:um hujus inclitæ civitatis Venetiar. plebanis per præsentes committimus & mandamus, quatenus unus saltem ex eis te, vel procuratorem tuum tuo nomine, in corporalem, realem & actualem possessionem plebanatus & annexorum, juriumque et pertinentiarum præmissorum inducat, et defendat inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciat te, vel procuratorem tuum, ad plebanatum hujusmodi, ut moris est, admitti, tibique de illius et annexorum eorumdem fructibus, redditibus et proventibus universis integre responderi; contradictores auctoritate prædicta per censuras Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo. In quorum fidem etc.

Datum Venetiis in Palatio Ap.° apud S. Franciscum a vinea.

Die 19 Mensis Novembris 1661. Pontificatus SS. D. N. Alexandri D.ni Provid. Papæ VII, anno septimo.

Jacobus Archiep. Athen. N. Apostolicus.

Nel Corner III, 57, si ha un'antichiſſima costituzione di Piovano fatta nel 1069, Ind. VII, dal Patriarca Gradense Domenico Marengo: e un' al-